

## Beiheft

S 212

(c. 1350.)

*212* Notizen über Memoriën und zwar hat die Kessnerin zu verteilen:

[712]

1) In anniversario domine Sophie quondam abbatisse . . . de fructibus curtium Odine et Hergerine 8 solidos gravium denariorum.

2) In anniversario domine Helene quondam preposite . . . de prescriptis fructibus 10 solid. et Elizebet nunc celeraria et Rotghero scolastico defunctis nonam partem fructuum bonorum Gherkinchove cum hiis decem solidis dominabus ministrabit.

3) Item in anniversario domicelle Vredradis quondam canonice . . . 5 solidos.

4) Item in anniversario domini Johannis Bekerere pro tempore rectoris ecclesie Vredenensis 5 solidos.

5) Item . . . Otto decana et Elyzabet celeraria . . . annuatim ex dictis curtibus 18 modios siliginis et 18 modios ordei mensure opidi Vredenensis habebunt ad spacium vite ipsarum et ambabus defunctis in anniversario cuiuslibet earum novem modii siliginis et 9 modii ordei dicte mensure aut pecunia equivalens pro eisdem ministrabuntur, pro ipsarum memoria peragenda, prout in ipsarum testamento fuerit ordinatum.

6) Item in anniversario domine Jutte quondam decane . . . quarta pars decime mansi Reghemerinch empta in augmentacionem et comperacionem illorum, que legavit, cum aliis per eam legatis, ministrabitur annuatim, prout ipsa ante suum obitum fecit conscribi, sicut subsequitur (folgt die oben unter Nr. 708 mitgeteilte Notiz).

Notiz im Lib. cat. fol. 46.